

APULEI LIBER

Trascrizione di Riccardo Simonini da Codice O. I n° 11 dell'Archivio Capitolare di Modena
“Chronicon S. Isidori ep.”, sec VIII

Edito da Maria Teresa Camurri

Indice Capitoli

- I. Ad capitis fractura herba betonica contusa et super capite ictu imposita mira celeritate.....
- II. Ad capitis dolorem herba celidonia ex aceto contrita inlinito fronti et capiti. Item bratheum...
- III. Ad capiti purgandum ciclaminis sucum naribus instillatum caput purgat et nasturcii sucum...
- IV. Ad oculorum dolorem et albationem oculorum herba celidonia sucus de radicibus cum vino..
- V. Ad aurium vitia vel dolores betonice recentis folia trita et sucus eius tepefactus auribus....
- VI. Ad forforiculas furfuriculae in capite si fuerint nasturcii semen cum anserino adipe et
- VII. Ad oris vitia vel ulcera plantaginis sucum et folia decocta in ore teneat et radicem eius....
- VIII. Ad dentium passiones herba betonica in vino vetere aut in aceto facta ad tertias et ex eo...
- IX. Ad narium vitia hedere sucus bene colatus infunditur nare male olentis sanat. Vulnus
- X. Ad pectoris dolorem. Si quis circa pectus vel cor doli puleio glutiat ieiunus si pasmus...
- XI. Ad tussis vel pulmonum extensione betonice : II ex melle accipiat per dies VIII, si etiam..
- XII. Ad stomachi dolorem betonice uncie III manducet per triduum et aqua frigide ciatos IIII...
- XIII. Ad eparis dolorem verminaga solistitio lecta in pulvere redacta robusto dabis coeliaria...
- XIV. Ad spleneticos betonica ex vino decocta potata eius decoctio: Ita ciclaminis sucus ciatum...
- XV. Ad iocineris vel intersierarum dolorem betonice uncie III aquae calidae quiatos IIII per...
- XVI. Ad lateris dolorem betonicae unciae III ex vino veteri quiatos III et grana piperis XXVII...
- XVII. Ad ictericos betonice uncie II ex vino ciatos III frequenter sumptam proficit hanc rem...
- XVIII. Ad ydropicos curandos betonice uncia I ex aqua calida ciato uno de triduo bibat. Item...
- XIX. Ad suspiriosos betonice uncie II ex aqua tepida ciatis dublis dabis bibere suspiriosis...
- XX. Ad ventris dolorem betonice uncia I in aqua calida ciati II dabis bibendum. Item ...
- XXI. Ad sonum intestinorum artimisia monoglossos pisata in pulvere ducta cum mulsa potui...
- XXII. Ad emoptoycos polygonii sucum cum vino austero sine fumo tepefactus ieiunis bibat...
- XXIII. Ad dysintericos plantaginem cum lente coquito et da manducit semen quoque eius qui...
- XXIV. Ad eos qui oduratas habent venas et cibum non recipiunt verminace sucus coctus bibere...
- XXV. Ad viscerum dolorem betonice uncie III apii radice uncie III decoquis apii radix in aqua...
- XXVI. Ad cauculos betonice uncie III ex aceto calentem et mellis : I in se permiscebit bibere...
- XXVII. Ad eos qui multum vomunt betonice uncie III mellis decocti : I factum pastillum....
- XXVIII. Ad veretri causam anetum combure et cinere eius commiscis cum melle fove vulnus...
- XXIX. Ad ani pruriginem decoquis salvia et de ipsa aqua inferiores partes et fumentatur et...
- XXX. Ad scabie et pruriginem rosmarinum conteris et sucum eius cum vetere vino et calida...
- XXXI. Ad renum dolorem betonice uncie II mulso ciatos II sanabit bibendum. Item sparagi ...
- XXXII. Ad condilomata et duritias in corpore marrubii cinere infricas ipsas condilomata ...
- XXXIII. Ad emitriteus sempervivi folia V trita in aqua calida potui data.
- XXXIV. Ad nervorum passione vel pasmum artimisia leptifilos sucum oleo rosaceo mixtus...
- XXXV. Ad cardiacos rubi folia per se trita imponitur super mamillam. Item ruta ortense ...
- XXXVI. Ad convulsos vel ad eos qui ab alto ceciderint betonice uncie III ex vino vetere ciatos...
- XXXVII. Cuivis fastidiosis ex egritudine betonice uncie II ex mulso ciatos III bibat et cibum...
- XXXVIII. Unctio et potio languidis vel ex via lassissimis marrubii sucum cum rosaceo perungitur...
- XXXIX. Si quis venenum acciperis marrubii sucus cum vino potui datus discutit venenum. Item...
- XL. Ad somnum papaveris sucum frontem perunguis et somnum veniet et si bibatur aqua ubi...
- XLI. Ad dolorem iunculorum tibiarum vel talorumque vel pedum sinfoniae tunse cum ...
- XLII. Ad ramicem pueri silicem quam in radice arboris est iscli (?) inveneris tundis cum ...
- XLIII. Ad podagra vel artriticos betonice decoquis et tertias aqua potui dato et ipsam tritam et...
- XLIV. Ad duritia in corpore plantago cum azungia pisata sine sale et quasi malagma factum...

XLV. Ad perniones et panaricias squilla quod habitat in medio cum oleo deferueat et ex eo...
 XLVI. Si vis in via tutus ambulare herba eraclea quod alii ferraria nigra vocant vel herculanea..
 XLVII. Ad iter faciendum artimisia monoglossos si quis eam portaveris in manu non sentiet..
 XLVIII. Ad emorroidas restringendum rubi teneras quimas VIII et mirte salvatice quimas..
 XLIX. Ad fluens semen nimium rutam cum liqua... ad balneum manducat. Item porcada sumpta.
 L. Ad febres cottidianas betonice uncie II actiglossem uncia I ex aqua calida ciatis III da sub..
 LI. Ad periculos fungorum absenti sucus cum aceto bibat hoc. Serotinus vir centenarius evasit..
 LII. Ad epilepticos herba peonia si eum ceciderit lunaticos et super eos posueris statim se ...
 LIII. Ad strumas selinon agrion trinta cum fimo porcino ponis in strumas et furunculis intra..
 LIV. Ad vulnera omnia vel furunculos plantaginis semen tonsum vulnere adsparsum vulnera ...
 LV. Ad plagas ferro factas argimonia contusa ed imposita mirifice sanat. Item senecion si ante..
 LVI. Ad fistolas betonica trita et superimposita vel inserta et super ligata expurgat fistolas...
 LVII. Ad combustum personacie sucus ciatum I ex melle ciatis II bibat. Item coeledonia cum..
 LVIII. Ad colum bitonica cum vino austero dato mire proficit. Item politricon quem alii vel..
 LIX. Ad tumorem strignum cum oleo bene subacto et imposita tumorem tollit. Item brassicae..
 LX. Ad infantem constringatum aristologica sicca et ex ea subfumigatus infantem in larioem..
 LXI. Ad morsum serpentium bitonice uncie III in tribus eminis vini dilutum potui datum ...
 LXII. Ad vipere morsum viperina herba cum vino potui datam mirifice sanat morsum et ...
 LXIII. Ad araneorum et spalangiorum morsos verminace ramulos in vino coctos plage ...
 LXIV. Ad canisrapidi morsu betonica trita et imponitur. Item plantago trita et imposita sanat..
 LXV. Ad serpentes fugandas verminaca cum suis foliis et radicibus quisquis offulta cinta (?)..
 LXVI. Ad lumbricos plantaginis sucum dabis bibere et ipsa trita in umbilico ponatur. Item..
 LXVII. Ad scorpionis ictum plantago cum radicibus posita mire prodest. Item ruta semen potui..
 LXVIII. Ad litargos excitandos peocidanum ex aceto ad nares applicato atque capiti posito et ...
 LXIX. Ad ebrius nefias bitonicam prius sumas sucit ad externatos a vino rutae agrestis semen..
 LXX. Ad pulices coliadri aqua in domo spargis similiter facit herbam policaricom cum aqua..
 LXXI. Ad peccus extrahendum diptamni sucus cum vino dabis febricitantis ex calida mox ...
 LXXII. Ad aborsum cucumeris salvatici radix coquis ad tertias et mulier inde se sublavet non..
 LXXIII. Ad eos qui non adfectant ad mulierem vetere (?) satirio testiculum dexterum hoc est..
 LXXIV. Mulierem causas si loca mulierum a frigore vexaverint betonice uncie III ex aqua ...
 LXXV. Ad igni sagrum strigni sucus cum aceto inlitum su(m)me prodest. Item savina cum ...
 LXXVI. Ad cicatrices nigras vel macula corporis et lentiginis brotacion cum radicibus suis..
 LXXVII. Ad verrucas argimonia cum aceto inposita verrucas tollit. Item titimali lactem cum ...
 LXXVIII. Ad luxum argimonia super luxum posita trita mire dolorem tollit. Et lillii folia tuns...

Explicit Apuleius

Betonica idest prionites leges eam ante solis ortum mense augusti cum frondes et radicibus et in
 umbra siccetur et sic in pulvere redigantur in mortaio. Plantago....
 ...Ydro piper. Explicit.

IN CRI(STI) NOMINE INCIPIT Apulei Liber de abla id(est) simplic(ium)

I. - Ad capitis fractura herba betonica contusa et super capite ictu imposita mira celeritate conglutinatum sanabit et si vero imposita fuerit atque frequenter usa ossa fracta extrahit: Item herba draconteae radix cum axungia facta quasi malagma et imposita ossa fracta extrahit.

II.- Ad capitis dolorem herba celidonia ex aceto contrita inlinito fronti et capiti.

Item bratheum diligenter trita cum aceto et oleo roseo mixta capiti et temporibus inlita valde. Item ruta ex vino potui data et cum aceto et rosaceo trita capiti imposita. Item herba pulei post aurem portatam propter calorem solis et multum iubat. Item hedera cum rosaceo et vino cum sucu eius tempora et fronte perfricabis et ipsa per se trita cum aceto et rosaceo si de sole doluerit et ademit dolorem iubat. Item serpulli sucum cum oleo et sale frictum et caput perunctum sanatur aut cum aceto coctum et imposita.

Item mandragore sucum pro anacolima inductum in fronte iubat et ad eos qui dormire non possunt. Item verminace coronam capiti circum data dolorem tollit.

III - Ad capiti purgandum ciclamini sucum naribus instillatum caput purgat et nasturcii sucum similiter facias.

IV. - Ad oculorum dolorem et albationem oculorum herba celidonia sucus de radicibus cum vino vetere et melle attico et pipere albo deintus oculos perunctos experti sumus aliquis de suco eius idest lacte tantum sibi oculos perunguat et caliginem detergit. Item sucus rutae matutinum collectum et oculis instillatum. Item ad lippitudines oculorum herba priapiscis idest satirii sucus de radicibus oculos perunctos et lippitudines et dolores tollit sine mora.

Item ad suggillationem oculorum vel livorem argimonie sucus oculos inlitos deintus.

Item centaurie minoris sucus in oculis missus dolorem vel vitia oculorum discutit.

Item ad epiforas oculorum papaveris sucum cum aceto fronti super positum. Item aliud ad epiforas apim tritum cum pane bene cum pane oculi terguntur: Item ad vitias [sic!] vel dolores oculorum betonice radicis ad tertias decoquis eo ex ea aqua oculos foves et folia eius trita super fronte et oculos imponis. Item aliud [sic!] ad caliginem oculorum bitonice uncia I aque calide quatos 4 ieiunus bibat, deducet ad inferiorem partem cum sanguine qui caliginem oculorum facit. Ad lacrimosos oculos betonice manducit, aciem oculorum clariorem facit.

E(t)rutam subinde manducatam et aciem oculorum clarificat.

V. - Ad aurium vitia vel dolores betonice recentis folia trita et sucus eius tepefactus auribus stillatum mire dolorem tollit. Et si aridum fuerit in aqua calida infundatur et sic ex ea sucum facies et in auribus tepidum ut dixi mittis aut sinfoniae sucus tepefactus in auribus mireris bene iubat. Item strigni sucum cum oleo ciprino tepefactum mittis. Item ex cimis ruvo factum sucum tepefactum instillatum persanare deditur et sucus edere cum vino misso utilissimus est. Si vero minime audierit cinoglosse sucus cum passo et oleo tepido auri stillato mire sanat. Aqua si in auribus introierit mercurialis sucum tepidum instillatum mox liberat

VI. - Ad forforiculas furfuriculae in capite si fuerint nasturcii semen cum anserino adipe et caput perunctum eicit albationem vel furfores capitis mente sucus humorem capitis exsiccat.

VII. - Ad oris vitia vel ulcera plantaginis sucum et folia decocta in ore teneat et radicem eius conmanducit. Item si os vel lingua vitiaveris vel gula quinquefoliae radix ex aqua cocta dabis gargarizare etiam uvi [sic!] sumes tollit et arteria spurgat aut bitonice sucus vel folia conmasticata ori teneat. Uvae remedium e rusti folia idest rubus arefacta in umbra crematorum idest sub testo calido cinere in cocliario tacta restat (?) praesentaneum est gingibarum vel labiorum si vitia fuerit e rusti cauculos teneros in vino decoctos ipsum vinum in ore conteneat.

VIII. - Ad dentium passiones herba betonica in vino vetere aut in aceto facta ad tertias et ex eo tepidum gargarizet dolorem dentium discutit. Aut sinfonice radix cocta in auxtero teneat ori et strigni bagas masucet iubat.. Aut rosmarini radix conmanducata aut sucum asparagi in ore teneat. Item millefolii radix conmanducit aut enulae radicem ieunus.

IX. - Ad narium vitia hedere sucus bene colatus infunditur nare male olentis sanat. Vulnus secus nare oculos sinatus fuerit plantaginis sucus cum lana madefactus imponatur per dies VIII sanus erit.

Carcinomata vero in naribus facta si fuerit aristologia cum ceperit et semen draconteae cum melle impositum emendat. De naribus si sanguis nimium profluxerit quinquefolium potum vel inlitum restringit mire et cum ruta naribus odorata mire restringit.

X. - Ad pectoris dolorem. Si quis circa pectus vel cor dolit puleio glutiat ieunus si pasmus fuerit puleio in aceto quiatos II ieunus bibat.

XI. - Ad tussis vel pulmonum extensione bitonice : II ex melle accipiat per dies VIII, si etiam tussis fuerit et purulentum fecerit vel excreaverit bitonice uncie III cum melle accipiat. Item ad pulmonis extensionem marrubium ex melle coctum sumat mire sanat. Item ad ussem gravem marrubium ex aqua coquis et dabis eis bibere qui graviter tussiunt mirifice sanat. Item rosmarinum cum pipere et melle cocto teris et facis pastillos et dabis unum mane et unum sero cum dormitum vadit tussem sedat et dolorem interaneorum tollit, et origanum si conmaducit misaberis aut fenuculi radices tunsas bibat in vino ieunum diebus VIII. Item confirme radix coccas in aqua cum pipere et melle et castoreo dabis manducare.

XII. - Ad stomachi dolorem bitonice uncie III manducet per triduum et aqua frigide ciatos IIII bibat. Item cardonis salvatici medulla quod habet in summo capite viridem ex ocxigaro edat. Artemisia uoque leptifilos tunsas cum oleo amigdalino et vicem malagmae inducis panno et ponis super stomacho quinto die sanabit. Item aliud marrubii sucum potui dabis, si vero febrit ex aqua bibat. Item puleium in aqua calida contritum vel ex vino potui dato.

XIII. - Ad eparis dolorem verminaga solistitio lecta in pulvere redacta robusto dabis cocliaria V ex vino optimo potui ciatos III mire proficere creditur, et ceteris pro cu viribus sic dabis cameleae sucus cum vino potui dato febricitantis ex calda (aqua?) mire proficit. Et asfodilii radices ex aqua mulsa cocta et potui dabis. Item centauria maior cocta ex vino et potui data miraberis.

XIII. - Ad spleneticos betonica ex vino decocta potata eius decoctio. Item ciclamini sucus ciatum I et aceti optimi coeliaria V diebus continuis VIII potui dabis miraveris et radix eius contra ipsam splen si in collo pendeat iubat.

Argimonia in cibo sumpta silenem consumit. Centauria in vino cocta bibat et persanat. Aliud fragile sucus ex melle potui datus mire proficit. Scolopendrie si bibatur omne vitium splenis emendat. Item ad hoc graminis flos decoquis in panno inducis et superponis in splene. Ebuli pulvere ex radicibus cum vino potente (?) puleio in aceto cocta dabis eius decoctio, pregnantis ne dederis.

XV. - Ad iocineris vel intersiearum dolo rem betonicae uncie III aquae calidae quiatos III per triduum bibat. Item simfonicae sucum dabis bibere cum suma admiratione sanabit; ad hanc ut supra ruta montana in vino data. Item plantaginis sucum potui datur.

XVI. - Ad lateris dolorem bitonicae unciae III ex vino veteri quiatos III et grana piperis XXVII calfactum ieiunum bibat. Maluma erratica decoquis in oleo et postea dstringis folia in mortario teris in panno inducis et imponis et triduo non solutis emendasti dolorem.

XVII. - Ad ictericos betonicae uncie II ex vino ciatos III frequenter sumptam proficit hanc rem ex partis unius et centauria more si coquatur in aqua ad tertias et bibatur quantum potuerit sanus efficit. Radix celedoniae in aqua si bibatur miraberis. Item bratheum cum vino et melle pota auriginem discutit.

XVIII. - Ad ydropicos curandos betonicae uncie I ex aqua calida ciato uno da triduo bibat. Item ebuli sucum ex radicibus ciatos III ex vino sextum potui semel diei detur et idropicis prodest valedissime per anum omnis enim humor detrahatur.

XVIII. - Ad suspiriosos betonicae uncie II ex aqua tepida ciatis dublis dabis bibere suspiriosis et ad eos quingenta...faciunt (o patiuntur) et ad toracis dolorem prodesse creditur. Item ad suspiriosos et colicos herba fragile sucum et piper album ex mel mixtum et potui datum mirifice prodest. Aprotani semen mixtum potui datum suspiriosis prodest. Item draconteae radix elixa vel assa cum melle vel sala [sic!] ad comedendum dabis.

XX. - Ad ventris dolorem betonicae uncia I in aqua calida ciati II dabis bibendum. Item quinquefolii sucus dabis bibere coeliaria II sine moram [sic!] dolorem tollit. Item argimoniae radicem potui dato puleio conmanducato et umbilico posito religatum nesciendi dato dolorem discutit.

XXI. - Ad sonum intestinorum artimisia monoglossos pisata in pulvere ducta cum mulsa potui dato sonus intestinorum tollit. Item personae sucus quiatum I ex melle quiatos duos ieiunum bibat.

Item eviscum cum feni greco et iani seminis farina cocta et inposita. Item puleio et ciminum ex aqua tritum super umbilicum impone.

XXII. - Ad emoptoycos polygonii sucum cum vino austero sine fumo tepefactus ieiunis bibat per dies VIII miram rem experieris. Item plantaginis sucum data bibere iubat et ad eos qui purulenta excreant a quo superius betonicae unciae III et lactis recentis caprinus bibat triduo ciatos III. Item equisetiae sucum ex vino austeri sumo sine fumo ieiunus bibat mox restringit.

XXIII. - Ad dysintericos plantaginem cum lente coquito et da manducit semen quoque eius qui pro pulenta bibere in vino calido sanus efficitur. Item malva erratica radix trita cum vino potui dato senties beneficium et semen eius similiter facit. Poligani sucus foliaris cum aqua calida dato et equisetæ sucus ex vino dulci quatiatos duobus potum datum disintericos sanare creditur.

XXIII. - Ad eos qui obduratas habent venas et cibum non recipiunt verminace sucus coctus bibere cum vino et melle et aqua.

XXV. - Ad visicce dolorem betonice uncie III apii radice uncie III decoquis apii radix in.... aqua ad medias cum decocta fuerint betonica in se percomiscis dabis bibere dolorem in perpetuo sanat. Et si plantaginis folia vel radice potet expasso fortiter medetur tagantis sucus scrup. II ex vino febricitanti ex aqua calida ciatos duobus potui dabis. Si millefolii sucus cum aceto bibatur. Item puleio in vino quatiatos duobus bene contrita in vino bibat et continuo in solio discendat. Item enula et apii semen et asparagi fenuculi quoque radices in unum trita et tepida potui data efficaciter prodest. Item sucus sisimbrii scrup. II da in vino febricitanti ex aqua calida. Aliter fenuculi radicem viridem fascem apii viridis vel radices sparagi agrestis in pultareo novo mittis et aquae]] simul ferveat ad quartas ieiunus bibat dies VII vel pluribus balneum utatur in recentem non discendat frigidae non bibat. Item olisatrum tritum expasso parvi sumpta etiamsi stranguiria fuerit potenter emendat.

XXVI. - Ad cauculos betonice uncie III ex aceto calentem et mellis ÷ I in se permiscebit bibere dabis dolorem amputat. Item veminace radix contusa ex mulsa tepido optimo docto cauculosis incredibiliter cauculos frangit. Saxifraga trita in vino data febricitanti ex calida effectus presens et per fractos cauculos expellit hedere bacas VII aut XI ex aqua potui sumpta cauculos frangit et per urina extrahit.

XXVI. - Ad eos qui multum vomunt betonice uncie IIII mellis decocti ÷ I factum pastillum unum glutiat et aqua calide ciatos II bibat.

XXVIII. - Ad veretri causas anetum conbure et cinere eius conmiscis cum melle fove vulnus de aqua deinde ex mirtino calido lavas et sic medicamen inponis. Item puleio in aqua ferventi macerato tamdiu donec bibi possit aqua optimum est pruriginem tollit. Item aluta ad pruriginem veretri decoquitur salvia et ex ea aqua fricas veretrum.

XXVIII. - Ad ani pruriginem decoquis salvia et de ipsa aqua inferiores partes et fumentatur et pruriginem summe sedat.

XXX. - Ad scabie et pruriginem rosmarinum conteris et sucum eius cum vetere vino et calida aqua per triduum bibat, pruriginem tollit. Item bretacion cum radicibus suis tunsa mixta aceto inponis hiique cicatrices nigras habent exidit eas et similis corporis facit colorem. Item marrubium discoctum et ex ea aqua corpus lavato scabies vel impetiginis discutit.

XXXI. - Ad renum dolorem betonice uncie II mulso ciatos II sanabit bibendum. Item sparagi radix trita cum vino pota. Item betonice uncie III vinum a mineo quatiatos II piperis grana XVII calefactum ieiunum bibat lumborum dolorem tollit. Item ad lumborum et coxarum dolorem

betonice uncie II ex mulso potui datum febricitanti ex aqua calida. Item senexionem per se ieiunos trita potui data valedissime prodesse fertur.

XXXII. -- Ad condilomata et duritias in corpore marrubii cinere infricas ipsas condilomatas sanabitur. Item rubi folia in vino decocta ad tertias ex eo vino foveatur condilomata vitia omnia sanat.

XXXIII. - Ad emitriteus sempervivi folia V trita in aqua calida potui data.

XXXIII. - Ad nervorum passione vel pasmum artimisia leptifilos sucum cum oleo rosaceo mixtus perunguis eos et desinit esse tremuli et omne vitium tollit. Item ad dolorem nervorum malva erratica cum axungia vetere tunsa et inposita. Senecionem trita cum axungia et imposita nervorum sedat dolorem. Petroselinum tunsa et inposita nervorum dolorem tollit. Item ad spasmus puleio in aceto quiatos II ieiunus bibat.

XXXV. - Ad cardiacos rubi folia per se trita inponitur super mamillam. Item ruta ortense fasciculum cum oleo rosaceo decoquitur adiecto aleon idest aloe et olei perunctionem sudorem sub (levat?).

XXXVI. - Ad convulsos vel ad eos qui ab alto ceciderit betonice uncie III ex vino vetere ciatos II calfactum bibat facit ad eos qui eversi sunt de veiculo. Item confirmant radicem in cinere tepido quoquito et ex melle ieiunus dabis edat. Item cametrea eum de ligno in ligno adiecto vino potui datus ruptos sanare adfirmant.

XXXVII. - Cuivis (sic) fastidiosis ex egritudine betonice uncie II ex mulso ciatos III bibat et cibum elixatum petat (?).

XXXVIII. - Unctio et potio languidis vel ex via lassis marrubii sucum cum rosaceo perungitur totum corpus et si fuerit spasmus vel nervorum dolorem languidis vel lassis mirabiliter compatat.

Item potio betonice uncie I et oxi mel ciatis tribus potui dato. Item a quo supra rosmarinum cum oleo tritum languidum perunguis.

XXXVIII. - Si quis venenum acciperit marrubii sucus cum vino potui datus discutit venenum. Item ad ipsum betonice uncie III et aquae ciatos III statim da bibat mire discutit venenum.

Item aristologia tunsa vel pisata cum vino potata vim venenum vincit. Item centauria minor cum aceto dabis discutit venenum. Item aprotanum cum vino bibatur. Ad hunc aliud pentafilon folia cum mulsa aut cum vino data venenum discutit et eliotropio idest intubum pulvere mollissimum aut sucus eius potui datum mire venenum discutit. Item camedria cum vino vetere detur bibere.

XL. - Ad somnum papaveris sucum frontem perunguis et somnum veniet et si bibatur aqua ubi decocta fuerit per multum iubat.

XLI. Ad dolorem iunicolorum tibiaram vel talorunque vel peduum sinfoniace tunse cum radicibus suis coquatur et inposita dolorem lollit, et artimisia monoglosnos cum axungia pisata et inposita redibis. Artimisia tagantes sucum cum rosaceo pedes perungues. Item asfodeli radix vel sucus eius cum oleo amigdalino unguebis ienua vel tibia aut ubi doluerit ad huc etiam tumorem tollit si pedes ab itinere tumuerint plantago cum aceto tunsa et adposita.

XLII. - Ad ramicem pueri silicem quam in radice arboris est iscli (?) inveneris tundis cum axungia et in panno inducis et inponis et fascia ligabis susum versus die quinto sanabitur.

XLIII. - Ad pudagra vel artriticos betonice decoquis ad tertias aqua potui dato et ipsam tritam et inpositam desinit dolorem. Item plantaginis folia contusa cum axungia sine sale inposita. Aliud camedria et pulver datur cum calida bibere mirepare coria praestat. Item ad hoc eius cum tunsa cum axungia vetere inposita tertia die sanabis. Verbascum etiam contunsa et inposita intra paucas horas dolorem efficaciter sedat ut etiam ambulare audeat. Senecionem triti cum sale ut sit ieunus malagmae et obposita pedibus. Item vetragmen coquitur in aqua pedes fovebis et genua ex ipsa tunsa cum axungia panno inducto pedibus vel genuas a dolore mire sanat. Oleicucumeri selvatici radices coquis ex oleo ci (prino) uncie III ad tertias radices et ungu(e)bis patienter et ad nervorum dolorem facis brasice salvatice sucus cum axungia vetere in panno mollissimo adponitur pedibus. Item aliud mandragore manum dextram et dextrum pedem tollis scripulos singulos et facies pulvere et potui dabis in mero per dies VII isto more et dolorem tollit mirifice.

XLIII. - Ad duritias in corpore plantago cum axungia pisata sine sale et quasi malagma factum duritias excutit si superposuerit. Item oxilapatium cum axungia suilla vetere tunsa et quasi malagma posita duritiam solvit. Marrubium tunsum cum axungia et inposita mire du(ri)tiam sanat.

XL V. - Ad perniones et panaricias squilla quod habitat in medio cum oleo deferveat et ex eo perniones perunguebis et dolorem sedat. Ad panaricias squilla trita et adposita mirifice sanat.

XLVI. - Si vis in via tutus ambulare herba eraclea quod alii ferraria nigra vocant vel herculanea si ea tecum in via portaveris latrones non timebis et fugat eos.

XLVII. - Ad iter faciendum artimisia monoglossos si quis eam secum portaverit in manu non sentiet laborem itineris.

XLVIII- Ad emorroidas restringendum rubi teneras quimas VIII et mirte salvatice quimas VIII malignati cortices III siccos cocuntur in se et in calida eorum velut encatisma sedeant et cum se refrigeraverit anum sibi fumentet per triduum hoc facies restringit mire.

XL VIII. - Ad fluens semen nimium rutam cum liqua (?) ad balneum manducat. Item porcada sumpta per se aut cum oxigaro bene facit.

L. - Ad febres cottidianas betonice uncie II acniglossem uncia I ex aqua calida ciatis III da sub accessionem bibat. Item plantaginis semen contritum et potui datum prodesse creditur. Ad tertianas betonice et pulei uncia singulas aque calide ciatis X sub accessione bibat. Item plantaginis radicem III cum vino aut cum aqua sub accessionem bibat nem bibat. Ad quartanas betonice uncie III mellis actici ÷ I aquae calidae ciatis III bibat ante accessionem mire sanabitur. Item plantaginis sucum cum mulsa ante duabus horis bibat miraberis. Ad febres acerrimas artimisia tagante sucus cum rosaceo perunguis eum qui patitur tollit febrem. Item aristologia sicca subrigas febrientem expellit eas et personacii folia omnem cingum statim exfugat febrem.

LI. - Ad periculos fungorum absenti sucus cum aceto bibat hoc. Serotinus vir centenarius evasit cum esset a fungis temptatus.

LII. - Ad epilepticos herba peonia si eum ceciderit lunaticos et super eos posueris statim se levavit sanus et si ea secum habuerit nunquam ei accedit et brotacion in cervicem ligatum sanabitur.

Artimisia monoglossos si secum habuerit exfugat demonia et si in domo posita fuerit proibit mala medicamenta et oculos malorum et artimisia tagantes si radix eius super limina edificiū pendeat nemo in ipsa domo nocebit. Item aristologia si ex ea suffumicetur epilepticos demonia exfugat. Bagas asterioni si dederis manducare caduco signum virginis et luna decrescente sanus efficitur et ipsa in collo habeat. Item de mandragore corpore scrupulum et dabis bibere in aqua calida mirifice sanabitur.

LIII. - Ad strumas selinon agrion trita cum fimo porcino ponis in strumas et furunculis intra paucas horas discutit et pus eicit. Nasturcium cum lumeto super strumas imponis. Item verminaca tunsa et imposita mirifice strumas sanat.

LIII. - Ad vulnera omnia vel furunculos plantaginis semen tunsum vulnere adsparsum vulnera cito sanabuntur et ipsa tunsa et imposita. Ad parotidas plantago cum axungia imposita persanat. Ad parotidas celedonia cum axungia imponitur ante aqua foveto. Ad vulnera recentia verminaca butiro vulnere imponitur. Item ad omnia vulnera personace sucus cum vino vetere dato potionem vulnus sic canceriosum erit personacium cum nitro et axungia et picula ex aceto teris et in panno inducis ante aquam foveto et impone. Ad vulnera quamvis vetusta sit senecion cum axungia imposita sanat. Ad ulcera cyronia apiu risu tunsu cum axungia sine sale inponis in vulnere excomedit et sordes expurgat sed non diutius patieris quam necesse est ne et corpus sanum excedat. Ad ulcera vulnera et canceromata centauria maior contusa et imposita non permittit tumorem fieri. Item argimonia trita et adposita. Si autem argimonia arida fuerit in aqua tepida molletur et sic trita adponatur et ad ea que secunda sunt argimonia trita et adposita aperit et persanat. Ad cicatrices inducendas satirium radices tunsas et imposita purgat ulcera et cicatrices. Ad cancer exsiccandum quinquifolia cum vino et cum adipe suilla veteri sine sale de ligno in ligno pixata et imposita unicam rem experieris. Ad furunculos sanandos nasturcio cum fermento in pigre cocet. Item savina cum melle inlinitus.

LV. - Ad plagas ferro factas argimonia contusa et imposita mirifice sanat. Item senecion si ante hora sexta collecta et tu(n)sa cum axungia vetere plage imposita aperit et expurgat. Et si post meridie collecta fuerit et eo more posita ut fuerit plaga glutinat et persanat. Item millefolium cum axungia pisata et imposita vulnera purgat et persanat.

LVI. - Ad fistolas betonica trita et superinposita vel inserta et super ligata expurgat fistolas. Item plantaginis sucus fistulis infunditur. Item aristologie radix fistolas inserta celeriter expurgat et ad sanitatem persanat. Medici quoque sine ea nichil percurare possunt. Item titimali sucus cum vino super expremito, deinde ceteris fumentis obligato.

LVII. - Ad conbustum personacie sucus ciatum I ex melle ciatos II bibat. Item coeledonia cum fimo caprino contere et impone. Item serpullo et ancura surculum ÷ I spuma argenti ÷ III rosam cera pumica adipe ursina et cervina ana libras I, quae terenda sunt teris confert et uteris.

LVIII. - Ad colum bitonica cum vino austero dato mire proficit. Item politricon quem alii adianton vel terrae capillos dicunt quae habet ramulos quasi setas porcinas, eius folia et piperis grana VIII et coriandri grana VIII simul contrita cum vino optimo dabis bibere introeuntis in balneo facis et ad capillos mulieris nutriendos. Item gladioli bagas tritas ex lacte caprino melius si asininum tepefactum dato bibere desinit dolorem.

LVIII. - Ad tumorem strignum cum oleo bene subacto et imposita tumorem tollit. Item brassicae salvatice cinuscum cum axungia vetere pisata et quasi malagma inducis in lenteolo grosso aut in aluta imponis. Item sinfoniaga tunsa et imposita tumorem tollit.

LX. - Ad infantem constrictum aristologia sicca et ex ea subfumigatus infantem inlariorem portat et facit. Item felicem ex ea infantem languidum si suffumigaveris facillime convalescit.

LXI. - Ad morsum serpentium bitonice uncie III in tribus eminis vim dislutum potui datum omnium serpentium morsum sanat et cum vino nigro superposita. Ad hoc quinquefolium cum vino potatur. Item verminace ramulos ex vino decoctos contritos si cecaveris plaga cum tumore impositi adaperiuntur prius exulcerat deinde postea cum melle triti et ulceri inserti donec ad sanitatem quod celeriter fit deducat imponitur. Item ad omnium serpentium morsum et aspidis draconteae radix ex vino trita tepefacta dabis bibendum venenum discutit. Centaurie quoque pulvere uncie I in vino ciatis tribus sumat valedissime prodest contra serpentium et omnium morsum. Aristologie pulver denarii unius pondus vino emina sepius bibatur. Item camedriae pulverem cum vino vetere bibat vehementer discutit venenum. Item argimonia uncie III ex vinum ciatis II potetur mirificum est ei intubum velut eliotropium cum vino vetere sumat rubi folia trita et canis lingua herba ex vino sumpta prodest et lilii bulbum in potionem dato atque trito super plaga positum sanabitur. Item petrosilini pulvere uncie I ex vino potui dabis et ipsa trita superponatur.

LXII. - Ad vipere morsum viperina herba cum vino potui datam mirifice sanat morsum et venenum discutit. Item camedrea cum vino vetere bibat venenum vipere discutit. Item centauria minor in vino vetere sunta.

LXIII. - Ad araneorum et spalangionum morsos verminace ramulos in vino coctos plage araneorum inponis aperis et postea ipsa cruda cum melle audaciter inserta. Item aedere sucus ex radicibus bibat propter ictum spalangionum.

LXIII. - Ad canis rapidi morsu betonica trita et inponitur.

Item plantago trita et inposita sanat. Verminaca simili modo inponitur et personacii radicem cum sale trita morsui inponitur. Item ruta ortense pondus XV in vino bibatur et cum melle et sale et pice et ruta trita morsui inponitur.

LXV. - Ad serpentes fugandas verminaca cum suis foliis et radicibus quisquis offulta cinta (?) quae secum portaverit ab omnibus serpentibus erit tutum. Item aprotanum incensum vel addisparsum serpentes exfugat. Item diptanum ubicumque fuerit et odor eius tetigerit et statim earn occidit. Peucedani radix incensa fumus eius exfugat serpentes et omnia mala ne prignantis inde odor veniat occidit peccus basiliscum quisquis eam secum habuerit bestiae male nec serpentes ei nocere non valent. Draconteae radix si quis in manibus confricaverit serpentes sine periculo facillime comprehendit.

LXVI. - Ad lumbricos plantaginis sucum dabis bibere et ipsa trita in umbilico ponatur. Item marubi et absenti lupini pari pondere in mulsa aut in vino cocta et super umbilicum bis aut ter inposita negat lumbricos. Item lupinum et herbum ex aceto quiato I bibat sine mora occidit lombricos. Item ad lumbricos rotundos occidendos absentium abrotanum calamentis cardamomum semen brassicae menta lupinum facis ex his pulver et dabis in pusca aut in lactarium etiamsi extrinsecus cataplasmentur iubat. Latos lumbricos occidit murri radices coracis et silici radicis uncie 4 in mulsa pota. Item abrotanum connicerbani rasura coconidio sisamo ana uncie I (4?) cardamomum obulos III das bibere cum idromelle. Item ad latos lumbricos et ad rotundos et coscaridas et ad serpentem in ventrem lupinos lauri bagas fel taurinum conficis et super umbilicum fascias et sit triduo. Item cornu cerbinum ustum cum melle dabis ut et electarium. Item ad serpentes inventos et lumbricos murra uncie IIII cardamomum uncie IIII nitro uncie I scamonia obulos III aqua sextario I ut toti exeant una est datio.

LXVII. - Ad scorpionis ictum plantago cum radicibus posita mire prodest. Item ruta semen potui ex vino dabis dolorem sedat.

LXVIII. - Ad litargos excitandos peocidanum ex aceto ad nares applicato atque capiti posito et iubat freneticos. Item ruta cum aceto fronti linitur.

LXVIII. - Ad ebrius nefias bitonicam prius sumas sucit ad externatos a vino rutae agrestis semen cum vino bibat.

LXX. - Ad pulices coliandri aqua in domo spargis similiter facit herbam policaricom cum aqua sparsa si diu permanserit.

LXXI. - Ad peccus extrahendum diptamni sucus cum vino dabis febricitantis ex calida mox eiciet pecus sine periculo. Item pulei coclas III quod suaviter olet recenter in vino veteri quartario bibat. Mulier ut cito pariat coriandri grana XI aut XIII in lenteolo de tela mundo puer aut puella virgo adligato ad femur sinistrum prope inguine teneat et mox ut parit solvat cito ne intestina sequatur. Item pennam vulturis si in manu teneat mox parit attamen ut parturierit statim tolles ne intextina sequatur. Item betonice uncie II aqua calide ciatos III si sine febre fuerit ex mulso quiatas III calida bibat.

LXXII. - Ad aborsum cucumeris salvatici radix coquis ad tertias et mulier inde se sublavet non permittit ab [ire?].

LXXIII. - Ad eos qui non adfectant ad mulierem vetere (?). satirio testiculum dexterum hoc est qui maior est piperis albi grana XLVII mellis ÷ III in vino optimo omnia solvis et scripulos VIII per triduum sumat.

LXXIII. - Mulierum causas si loca mulierum a frigore vexaverint betonice uncie III ex aqua calida ciatos III per triduum bibat si intrinsecus aliquid mali habuerit rutae salvatice semen ex vino da bibat praeter pastum. Item anetum conbure et eius cinere cum melle facis medicamen pessum et iniciatum ab obsetrice pectinem mulieris. Si doluerit sinfoniace sucum cum croco dabis bibere potionem miraveris effectum.

Item ad profiuvium mulieris sinsitum pulver in vino restringit Item aliud rubi quimas teneras teris septenas coquis in aqua ad tertias et cotidie ieiuno dabis purgationem muliebre pulei semuncia mellis ciatos II exinde ieiuna bibat. Si secunde a parto non secuntur pulei tres coclas in vino bono bibat ad menstrua provocanda. Mercurialem cum yrino (sic!) aut rosaceo admotam potui datam mox provocat.

LXXV. - Ad igni sagrum strigni sucus cum aceto inlitum su(m)me prodest. Item savina cum melle inlinitur. Item rutam ortensem ex oleo et aceto inlita. Item rute sucus cum sulfur et aceto et de penna inunguis dolore mire tollit.

LXXVI. - Ad cicatrices nigras vel macula corporis et lentiginis brotacion cum radicibus suis tunsa aceto mixta inponis super cicatrices nigras. Item ad livorem corporis absentium in aqua coctum et cum melle in panno inducis et inponis. Item ad lentigines hyeri bulbum radicem cum lumento lupinacio faciem sibi lavet.

LXXVII. - Ad verrucas argimonia cum aceto inposita verrucas tollit. Item titimali lactem cum sucu brotracioni inpone, tertia die sanabit.

LXXVIII. - Ad luxum argimonia super luxum posita trita mire dolorem tollit. Et lillii folia tunsa et inposita efficaciter sanat.

Explicit Apuleius.

* * *

Betonica idest prionites leges eam ante solis ortum mense augusti cum frondes et radicibus et in umbra siccet et sic in pulvere redigantur in mortario. Plantago idest arnoglossa legis eam ante solis ortum et si fieri potest omnes hora ante solis legantur et in umbra siccentur. Pentafilem quinque folium pente dactylon legis eam mense augusti. Hierobotani verminaca columbina legis eam solisstitio. Sinfonia iosciamus acorum veneria. Brotacium apium salvaticum. Artemisia monoglossa. Toxobolos dracontea mense iulio. Satyrium priapiscus mense iulio. Gentianam comitalem. Cidaminum terremalum mense iulio. Polygonum sanguinaria mense iunio. Aristologia dardanus. Nasturcium cardamon. Camemelon. Amalusta ante solis ortum. Camedris trixato mense augusti. Camilea turbisa. Argimonia sarcocolla. Asfodellum albucio legitur mense iulio. Centaurea maior. Felterra minor multiradix. Prosopis personata. Altea eviscum. Yppurum equisetum. Molochia malva eratica. Squilla tigonos. Marubium eupatorium prassium. Papaver meconos. Sinfitum anagallicum. Diptamnum labrum veneris. Peonia pentheron. Nymphaeaceae mense augusti. Veruca cum flumosa. Celandinum irundinaria. Solanum strigum. Senecio geraniifolia. Felcem erigonem. Gramen agrostidis. Gladiolum yrisafricum. Rosmarinum livanotos. Perdicula vitragine. Mercurialis linocosti. Sagittaria felicina. Asparagus miacanthus. Savina bractea. Eructus rubus. Millefolium mirionfolium. Ruta ortensis erigonem. Menthastrum calamitae. Ebulum camiacanthus. Pulegium glichonum. Nepeta mentha orion. Peucedanum agnopellum. Enula panax cironia. Saxifraga lampago. Edera cissa. Serpyllum pollion. Salvia eleisifolia. Porcaca capara. Olisatrum smirnonium. Lilium crinum. Titimalum calatidis. Cardus cameroon. Lupinum termis. Lactuca citocacium. Cucumere salvaticum sicidos agrios. Apium selinum. Mentha idormum. Petroselinum triaene. Adiantum herba capillaris seu politricum. Ales hoc est salis. Ampelaeleus idest brionia quam albas vites vocant et rustici cucutia salvatica. Andragne idest porcaca. Anthemis gamemila. Arsenius auri pigmentum. Actis et camiacanthus idest sanbucum. Camiacanthus idest ebulum. Batus idest folia rubi. Balaustia idest flos malignatus. Brothium idest savina. Carya dendros nucis arboris. Leptocorion avellana. Cinocius rubus caninus. Coloquintida cocurbita. Coniza id est cicuta. Corion coriandrum. Dancus staphylus hoc est pastinaga. Dafileus laurum. Dermata palea. Catemata hoc est decaltario vetere rupto. Drios rubor arboris. Eleas oliva. Eleo oleo. Elixine idest vitragine quam alii paretoria vocant. Ereventus cicer. Elimus sperma idest lini semen. Erpillon quem cicer rusticum vocant. Erea idest lana facus lentida. Gemi idest fermentum. Gala idest lactis. Glicon hoc est sapa. Gleucon mustum. Gligonos puleio. Congilidos rapa. In viola. Gambri brassica. Molochia malva. Maratrum idest feniculum. Mollibus plumbus mirsine morta dicitur. Pegan idest ruta. Prasson porro dicitur. Sicidos cucumeris. Tridax lactuca. Timbra satureia. Teutla beta. Thilis fenu grecu. Strignus quem alii uva lupina alii canina vocant, alii cucullum. Ydro piper. Explicit.

Bibliografia:

Apulej Liber. Codice dell'VIII secolo conservato nell'Archivio Capitolare della Metropolitana di Modena – Tip. Immacolata Concezione, Modena 1929